



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CVII. Perusina fideicommissi de Anfideis. De eaduatione secundæ substitutionis, eaduationem primæ: Et quando corrupto antecedenti gradu substitutionis, caducentur sequentes, Vel potius intret ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

titium fructuonis, ac habitationis, ipsa rei substantia individua remanente, itaut factio casu defecta lineæ vel portionis, non intret ordo successorius, seu formalis transitus de linea ad lineam, sed potius per quandam speciem illius juris non decrescendi, quod datur in feudis individuis dignitatis vel in jure patronatus, aliisque hujusmodi juribus juxta casum de quo in *Muinen. sub tit. de feud. disc. 8.* ubi enim dicta satis conferunt ad rem.

Ponderando etiam magnam esse differenciam inter illam rigorosam reciprocam linearem, quæ prætendatur per masculos unius lineæ juxta casum de quo agitur *d. dec. 183. par. 10. rec. & apud Orthob. dec. 177. cum similibus*, in exclusionem feminarum lineæ admittæ, & ealum in quo agatur de reciproca lineari post jam evacuatam unam lineam ad effectum impediendi transitum ad omnino extraneos verisimiliter abhorritos, ut scilicet longè facilius in hoc secundo casu dicta reciproca intret quàm in primo, Ideoque non mirum si antiqua litemota per Camillum aliquam passâ fuit difficultatè, dum agebatur de prima specie magis rigorosa excludendi proprias filias à portione parentis, quoniam etiam feminæ dicuntur agnatæ ac de familia, juxta plene deducta *dec. 133. par. 9. rec. & frequenter supra ad materiam masculini concipientis femininum, secus autem in casu præsentis controversiæ cum Monasterio omnino extraneo, Ideoque juxta beneque fundata viâ est resolutio.*

PERUSINA FIDEICOMMISSI DE ANSIDEIS

PRO

BALTHASARE DE SARACENIS & NICOLAO DE DANZETTIS

CPM

HOSPITALI MISERICORDIÆ

Casus decisus per Rotam pro Saraceno & Danzetto.

De caducatione secundæ substitutionis ob caducationem primæ; Et quando corrupto antecedenti gradu substitutionis, caducantur sequentes, vel potius intret vulgaris in fideicommissio seu anomala ad theoricam Bart. in l. quamdiu ff. de acquir. hered.

S Y M M A R I U M

F Acti series. Resolutio causæ.

- 3 De laudabili stylo Curia in scribendo, & de regula super caducatione & adus sequenti per caducationem primi.
4 De theorica Bart. in l. quamdiu super vulgari in fideicommissio seu anomala.
5 Distinguitur duplex species vulgaris.
6 De altera theorica Angeli in eadem l. quamdiu super limitatione regula de qua num. 4.
7 Quod ista sit questio facti & applicationis.
8 Ex quo desumatur testatorem se restrinxisse ad fideicommissariam.
9 Vocatus post mortem ejus qui est institutus vel substitutus in usufructu, dicitur institutus vel substitutus ab initio.
10 Fallit si institutus in usufructu ex conjecturis censetur etiam vocatus ad proprietatem.
11 De difficultate contra ea que habentur num. 8. super restrictione ad fideicommissariam.
12 De alio fundamento resolutionis ex conf. 21. Ql. dradi.
13 Quod procedat etiam si pia causa sit substituta.
14 Quid operetur favor pia causa in ultimis voluntatibus, & quos effectus causet.

DISC. CVII.

Balthasar de Ansideis instituto hærede Pompilio fratre, fideicommissum ordinavit in eisdem Pompilij filiis, nepotibus & descendentibus masculis, quibus non extantibus, vocavit Iulianum alterum fratrem, cui strictissime prohibuit quamcumque alienationem, quinimo interdixit, ne ad possessionem bonorum admitti posset, nisi prius facta illorum descriptione per Ministros Hospitalis Misericordiæ, ad effectum providenti eorum bonorum conservatione, declarando quod dictus Iulianus esset solùm administrator ac dominus usufructus, post mortem verò dicti Iuliani substituit præfatum Hospitalæ.

Post mortem testatoris, obiit primò dictus Iulianus, deindè verò Pompilius superstitite Alexandro filio, cui defuncto absque prole, cum successissent Saracenus & Danzettus, contra istos Hospitalæ, prætendens factum esse casum dictæ substitutionis, iudicium instituit, & introducta causâ in Rotâ coram Priolo sub die 26. Januarij 1660. prodijt resolutio reis conventis favorabilis in exclusionem substituti, cui resolutioni Administratores Hospitalis acquieverunt, solum ex aliqua concordia, dum, quod sciam causâ ulteriozem disputationis progressum non habuit.

In hac autem disputatione, scribentes pro Hospitali actore, benè observando laudabilem Curia stylum non evagandi in superfluis, neque assumendi illas disputationes quæ ad inanem informationum seu consiliorum ornatum per externos assumi solent, super propositionibus, quæ aliàs apud antiquiores controversæ, hodie tamen passim receptæ sunt pro regula? Admittebant regulam, quod caducato præcedenti gradu substitutionis, caducantur omnes; Dicebant tamen id rectè procedere in substitutione merè fideicommissaria, & quando per eam tantum testator disponere voluit, secus autem, ubi per compendiosam continentem quoque suæ vulgaris, quæ duplex in jure dicitur, Vna directa, per quam substitutus dicitur primus hæres, quæ evanescit per instituti aditionem, Et altera in fideicommissio, quam aliàs anomalam dicimus, per quam corrupto gradu antecedenti, subleques iurè subingressiois intret in locum seu gradum corruptum, atque

LUCA 2 mentis at VI 9

de secundo efficitur primus, perinde ac si primo substituto non existente in rerum natura, ipse ab initio primo loco vocatus esset, juxta magistralem theoreticam *Bart. in l. quamdiu num. 10. ff. de acquir. hered. quæ ex magis communi sensu DD. ac etiam Rotæ, recepta est pro regula; ut latè cæteris relatis, ac acerrimè discusso articulo firmatur per Rotam in *Farsen. fideicommissi coram Bichio dec. 201. & 227. par. 8. recen. & in Ravenaten. coram Corrado dec. 12. p. 10. dec. 196. num. 23. par. 11. Interamnen. fideicom. 26. Ianuarii 1654. Bevilacqua, & prius dec. 332. num. 6. & seqq. par. 2. recen. ac in aliis satis frequenter, cum hodie, non constito, quod ex facti qualitate in-ter limitatio id receptissimum sit pro regula.**

Atque ista est vera & propria vulgaris anomala cadens sub d, theoretica *Bart. ad effectum præservandi caducationem, à qua potius per assimilationem ac adinstar deducitur altera vulgaris anomala, per quam filius subintret in locum patris, ad effectum, ut ita fiat alteri proximiori æqualis, juxta deducta dec. 96. post Merlin. de legitima, aliàs dec. 198. par. 4. rec. tom. 2. & supra in Mutinen. & in Reatina disc. 17. & 18. & in aliis.*

Scribens ego pro reis conventis inhærendo eadem laudabili stylo; admittebam dictam regulam tanquam hodiè receptam, insistebam autem super ejus limitatione derivante ab alia pariter recepta theoretica *Angeli in eadem l. quamdiu ff. de acquir. hered. ut scilicet ea non procedat, quando constat testatorem disponere voluisse per soiam fideicommissariam non autem per vulgarem, atque, ut nostri dicunt, facere fideicommissum graduale, de primo in secundum & de secundo in tertium &c. ut ex *Alex. conf. 1. lib. 1. Corn. conf. 199. lib. 1. Honded. conf. 49. num. 50. & seqq. & num. 65. & seqq. lib. 2. & aliis, Gratian. discept. 747. num. 20. cum seqq. Fusar. q. 460. num. 40. latè Altograd. conf. 46. per tot. lib. 1. Marcan. disput. 68. per tot. Rot. decis. 323. num. 7. par. 1. recen. cum aliis in hujus causæ decisione. Ac admittitur in ipsismet *Farsen. coram Bichio d. 201. & 227. par. 8. recen. ac in omnibus aliis in quibus firmatur regula, nam sicut ipsa regula recepta est, ita quoque est recepta limitatio, quam etiam scribentes in contrarium non negabant, Unde pariter ista remanet quæstio facti & applicationis magis quam juris, in quo res videtur hodiè plana; Ideoque in plusquam fortè centum controversiis sub hoc articulo cadentibus à me disputatis, modo defendendo regulam, ac modo limitationem totus disputationis punctus erat in circumstantiis facti.***

Hinc proinde scribentes in contrarium insistebant super negatione applicationis dictæ limitationis ad casum, quod scilicet non constaret de tali voluntate testatoris restringendi dispositionem ad istam puram fideicommissariam, quam tamen restrictiōnem Rota adesse credidit, eo quia substitutio Hospitalis directa non esset ad Pompilium vel ejus filios, sed ad dictum Iulianum, post cujus mortem hanc ultimam substitutionem ordinavit, undè propterea præsupposuit in eo purificationem substitutionis cum subsequuto effectu, quod propriè ponderatur per DD. ad effectum dictæ restrictivæ ad fideicommissariam in exclusionem vulgaris.

Pro isto objecto evitando, scribentes pro actore dicebant, verè substitutionem Hospitalis factam esse Pompilio primo instituto, non autem Iuliano, cujus persona, ac respectivè mors demonstrata tantum esset pro eo tempore quo, sequuta consolida-
tione usufructus cum proprietate, successio

pleno jure effectum sortitura esset in ipso Hospitali, dum ob illa testamenti verba *Volens & nando che detto Giuliano sia meramente padrone & usufrutto, e di essa heredità mero amministratore & usufruttuario, inferebant quod dispositio ad ipsum verò hospitale directè substitutum esse primo instituto, quamvis substitutio concepta post mortem usufructuarii juxta magis communi opinionem ubique receptam, præsertim in *Rot. ex plenè firmatis apud Merlin. decis. 957. aliàs dec. 22. par. 6. recen. passim canonizata præsertim Imolen. prædii 6. Junii 1653. 27. Januarii 1669. Martii 1669. coram Albergato, & in aliis in hac causa coram Emerix, & de qua habetur ad titulo de Detractionibus; Istamque opinionem riorē probant cæteris plenè collectis *Capyc. consult. 112. Marian. jun. disput. 59. Balan. jure accrescen. cap. 7. questione 16. ex numer. 19. alii moderni communiter.***

Respondebam ego, atque Rota amplectens dispositionem, quod licet dicta opinio in re communis ac recepta à me non impugnata, præacriter defensa in dicta Imolen. & in aliis; Atque procedit ubi adminicula vel conjuncture concurrant, ex quibus desumatur dispositio in re iam de proprietate, ita ut verbum usufructuarii vatur in causalem magis quam in formalem terminis *text. in l. Proculus ff. de usufr. quod de solet ex prohibitione alienationis ac aliis proprietario magis ac dominio quam usufructuarii venientibus, ut generaliter habetur pluribus materiā usufructus sub tit. de servitut. & specie ad hunc effectum, plenè hujusmodi casuras ac adminicula pro uno vel alio casu dunt *Capyc. Latr. & ceteri ubi supra, & ceteri tuis Bemon. jun. qui disputat quæstionem de qua**

Reflectendo autem ad veritatem, quam facti circumstantiis crederem hanc restrictionem subsistere, atque ex testamenti contentis verba & adminicula hujusmodi effectum de jure operantia, quod scilicet Iulianus cum proprietatem esse vocatus; Attamen sententiam quam discutulam in hoc fundamento, quod non benè probata videretur dicta voluntas nendi per meram fideicommissariam, Undè terea istud fundamentum non omnino quoniam atrenta magis substantia voluntatis formula seu figura verborum, liquidò conde-
debat, testatorem reputando Iulianum desperatum, illumque præsupponendo bonæ œconomicis parum prudentem, ac dissipatorem, facilem, voluit tamen eum donec viveret fratri instituto supersesit providere, ut juxta regulatum charitatis ordinem ipse potius Hospitali destinatis, non autem quod tantum sultaret restrictiva dispositionis ad illum præcisum; Ponderando potissimum illam constantiā quod testator sequuta morte Pompilii voluit quod ministri hospitalis bona delectaretur atque eorum conservatiōni providerent, & clarum, quod ex tunc in animo habuit Hospitalis successorem; Et sic dicta verba tantia vocationem ad usufructum censenda esse observabam, non purè ac simpliciter ad effectum legalem, an scilicet de stricto jure, sed tantum administratum hujusmodi tatis super exclusione dictæ restrictivæ.

quam etiam in dubio stat præsumptio ut pluries in præcedentibus.

Ex alio tamen fundamento, eodem sensu veritatis retento, pro meo iudicio, credebam resolutionem esse probabilem, ob defectum scilicet conditionis sine filiis, sub qua dicta substitutio Hospitalis Pompilio hæredi facta erat, dum ex eo fuerat superstes Alexander, cujus obitus huic controverſiæ causam dederat juxta receptissimam decisionem *Oldradi conf. 21.* dum non videbantur urgere conjecturæ, quæ suaderent dictæ regulæ limitationem; Et quamvis scribentes in contrarium nimium insisterent in favore causæ piæ, Attamen istud erat leve refugium, quoniam in specie dictæ decisionis vel regulæ desumptæ ex *conf. 21. Oldradi.* ut procedat etiam, ubi causa pia est substituta, pluries decisum fuit, & præsertim habetur *decis. 60. par. 10. rec.* Ut enim firmatur in *Romana restitutionis dotis 14. Decembris 1657. coram Priolo.* edita in causa, de qua *disf. 109.* favor Ecclesiæ, vel piæ causæ satis considerabilis, ac operativus est in ordine ad suppleendum defectum solemnitatum, non autem ad suppleendam, vel extendendam voluntatem, circa quam tamen adhuc favor est considerabilis in ordine ad magis benignam interpretationem in casu merè ambiguo, ut pluries advertitur *sub tit. de testamentis ad materiam cap. relatum eod. tit.* Ac etiam *sub tit. de legat. super articulo,* an certa destinatio facta legato staret taxativè, vel demonstrativè cum similibus; De operatione autem favoris piæ causæ super præservatione caducationis ratione corruptionis gradus præcedentis habetur in *Romana domus 456. seqq.*

ROMANA DOMUS

PRO

ARCHICONFRATERNITATE
CRUCIFIXI

CVIII

CAROLO ARGOLO

Causa variè decisus per Rotam

An utraque vulgaris directæ, vel in fideicommissio, aliàs anomala contineatur sub compendiosa substitutione facta in legatis, & fideicommissis particularibus, ad effectum præservandi à caducatione resultante à corruptione gradus præcedentis; Et quid in hoc operetur favor piæ causæ substitutæ.

SUMMARY.

1. *Atti series.*

2. *Resolutiones causæ.*

Caract. de Luca de Fideicommissis.

3. *Punctus ad quem disputatio juris restringebatur.*

4. *In compendiosa ordinata etiam in legato rei particularis continetur vulgaris.*

5. *Declaratur ut procedat quando substitutio est concepta per verba directæ, non autem communiæ, vel obliqua.*

6. *Dicta Declaratio subdeclaratur, quando procedat, & recipienda sit.*

7. *Instituitur in re particulari, non dato, vel defecto herede universali remanet hæres.*

8. *Favore piæ causæ verba obliqua vel communiæ habent vim directorum, & non intrat distinctio verborum de qua num. 5.*

9. *Doctrinis punctualibus non habentibus contradictonem est deferendum nisi malè sint fundata.*

10. *Non est petrandum cum solis auctoritatibus, sed est indaganda earum ratio.*

11. *De rationibus quibus innixa est conclusio de qua n. 8.*

12. *Etiã in testamento militis, vel patris inter filios, aut aliàs ex conjecturata voluntate procedere potest, id quod dicitur num. 8.*

13. *De alio casu in quo respondetur pro caducatione, etiam contra causam piam.*

DISC. CVIII.

FRANCISCUS Bajettus, instituto hærede Andrea fratre, reliquit controversam domum pro dote Paulinæ ejusdem Andreae filia, cui quocumque morienti sine filiis, substituit Conventum Capucinatorum ob quorum incapacitatem, fabrica S. Petri in vim ejus facultatum, sequuta morte dictæ Paulinæ, istud legatum seu fideicommissum agnovit, ejusque jura cessit Archiconfraternitati Sanctissimi Crucifixi ex alio titulo dictam domum possidenti, inter quam & Carolum Argolum habentem causam mediatam vel immediatam à dicto Andrea hærede, orta lite, introductaque causa in *Rota coram Bevilacqua sub die 3. Junii 1658.* prodit resolutio Argolo favorabilis ex motivo caducationis dictæ substitutionis, ex eo quod supponeretur dictam Paulinam testatori prædecesisse, & ex aliis circa domus identitatem in nudo facto consistentibus; Concessa verò nova audientia, & pluries proposita causa, demum sub die *Februarii 1669.* recessum fuit à decisio; Et quamvis sensus *Rotæ* esset recedendi etiam à firmatis in prima resolutione circa caducationem, amplectendo limitationem de qua infra; Attamen, incertum est ex qua ratione, brevis decisio desuper edita, tota fundatur in quodam motivo facti super incomperentia injuriam dicti Argoli, qui in effectu, potius actoris, quam rei personam gerere dicebatur.

Utrâ igitur plura in puro facto consistentia, quæ in hujusmodi disputationibus deducta fuerunt, & de quibus juxta Romanæ Curia stilum ad Advocatos inspicere non pertinet; Atque præsupposita etiam morte dictæ Paulinæ ante testatorem, quod etiam ex hac parte in facto dicebatur non bene justificari; Punctus juridicus in hujusmodi disputationibus acerrimè discussus fuit, An in dicta compendiosa substitutione facta ad favorem Conventus Capucinatorum, ex cujus cessis juribus dicta Archiconfraternitas veniebat, contineretur necne vulgaris, quæ præservaret istam substitutionem à caducatione, aliàs ob corruptionem primi gradus regulariter resultante.

In hoc autem scribentes pro Argolo non negabant, etiam in legatis & dispositionibus particularibus, sub compendiosa contineri posse vulgarem,

Z

per